



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

Festvm Ascensionis D. N. Iesv Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

2 FESTA MOBILIA.

sepulchrum. Ibi lacrimas devotionis effunde; nec usquam divertas, donec resuscitati Domini teneas vestigia, contrectes manu ac lenias oculis clavorum foramina. Illum audi loquentem, agnoscet viventem, dilige diligentem. S. Laur. Iust. serm. de Resur. D.

FESTVM ASCENSIONIS D. N.

I E S V C H R I S T I.

PO! iterum; iterum Io! iterum Triumphe! Ecce amor meus triumphans Capitolium cœleste petit! Ecce obvios omnes cœli cives! Ecce eruptos orco & servatos Patres, omnes cœli libertate pilatos! O numerum daretur horum augere! ô ultima triumphi appendix pedibus hærere possem triumphantis! Vicisti, eia Amor Christe amatum. En manus do vietas. Victum ecce non etiam in triumphum ducis? Ecce sequar vel vincitus currum. Heu mihi! sine me hem jam nubes transit, hem Christus habet muros! Hæc nimirum ab inferis reduci victori unica corona deerat, Muralis. Hanc quoque, dum primus hodie amor meus in cœli mœnia evadit, primus tulit. Sed ne animum despondere cœteri, qui bellum cœlo facitis, & vi amicâ cœlum itis expugnatum. Auferet (iterum moneo) hanc etiam secundus, tertius, etiam ultimus. Imò ultimus primas feret, & quòd profundius descenderit, hoc altius ascendet. Neque est, quòd viam multum inquiramus, quæ ad triumphum ducat. Impressit huic Christus vestigia sua, sanguine notavit. HAC ITUR.

Ascendamus cum Christo corde, ut cum dies ejus promissus advenierit, ascendamus & corpore. Sed cum Christo non ascendit superbia, non avaritia, non luxuria;

zuria; nullum vitium nostrum ascendit cum medico nostro. Ideo si post medicū desideramus ascendere debemus vitia deponere. S. Aug. serm. 2. de Asc. Dom.

FESTVM PENTECOSTES.

Non ego jam centum ora rotidemq; linguas, unam tantum ex ijs opto, quas hodie cælum depluit. Iacebat è juventute studiosā adolescens, quem in lectum non tam ægritudo quam scelerum pondus dejecerat. Cæcus interea non videbat ante orci fores se stare, surdus ne frarris quidem monita saluberrima audiebat. Intempestâ nocte virum videt majestate vultus, & multâ canitie venerandum. Ego, ait hic, ille sum, qui tui causâ omnia, sed te mei unius gratiâ condidi. Si nondum intelligis, omnium PATER sum, sed te filium degenerem abdico, abjicio, & dirum damnationis Theta jam nunc tibi denuntio. Ita attonito sub alteram noctem vir adest integrâ etate, spinis caput, cruce humeros insignis, cætera nudus & sanguine, qui ex pectori saucio in fontem abierat, latè humum inundans; hic, si nescis, inquit, IESVS sum, Servator olim tuus, nunc Iudex: simul manum pectori immittit, & sanguine plenam in vultum jaciens ægri, erubescens, ait, vel sic & tessera damnationis cape, salutis futuram, si maluisses. Sub hæc in cælos, æger in desperationem abiit. Erexit tamen miserum frater, & ut noxis expiatis ad Amorem SPIRITVM se verteret, suasit. Tertia igitur nox personam visa ostendere, vultu prioribus non absimili, sed placido, & arridente, qualisque humero insidens columba probabat. Atque hæc scelerum veniam, & mortem beatam

A 2

num-